



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sancti Agobardi Archiepiscopi Lvgdvnensis Opera

Agobardus <Lugdunensis>

Parisiis, 1666

Idem in Chronico, ad annum DCCCX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14678

jori Ecclesia beati Iohannis Baptiste ac
sancti martyris Stephani ad defensio-
nem civium, Deo id misericorditer ope-
rante, sanctus Episcopus reliquias glo-
riosorum martyrum in praedicta Eccle-
sia post venerabile altare decentissima
sepultura recondidit, ac posteris civibus
suis profuturas honorabiliter commen-
davit. Sed post, interposito tempore,
regnante gloriose Rege Carolo Ludo-
vici Imperatoris filio, iterum reliquiae
beati Cypriani ad monasterium novum
quod idem Rex augustus construxit in
Compendio Palatio suo, eo jubente
translatæ sunt.

Idem in Chronico, ad annum DCCCX.

Bernardus Viennensis Episcopus erat,
& LEIDRADVS Lugdunensis, qui
initio imperij Ludovici Imperatoris
Suectionis monasterij locum petiit; & in
eius loco Agobardus &c. *Vide supra in-*
ter elogia Agobardi.

Hugo Abbas Flaviniacensis in
Chronico.

Post Adonem Hilduinus nepos ejus
Lugdunensem Ecclesiam paululum non
Episcopus tenuit; & abscedens, Lirinis
monachus factus est. Post quem Lugdu-
nensem Ecclesiam LEIDRADVS